

utraque parte fluminis Mulde per legatos nostros ad terminos istos demonstratos in episcopatu Nuemburgensi in marchia Misznensi, videlicet versus occidentem usque rivulum, qui dicitur Drosischina, a septemtrione usque ad rivulum, qui medius de tribus dicitur minor Wyraw, ab oriente usque ad pontem Borens, ad semitam Bohemicam et sic usque in campum Kutzs ultra Muldam, ab oriente usque ad rivulum Lusznitz, ab occidente usque 5 Crostawitze montem, a meridie usque Schirna Blisna, id est Swarpach, cum omni utilitate, que inde provenire potest tam cultis quam incultis in arvis^{c)} in pratis in pascuis in piscationibus in consitis in silvis in variis campis in molendinis in ingressibus in exitibus ad predictos terminos pertinentibus petitione Everwini abbatis eiusdem loci nec non a stipulatione principum legitima traditione contulimus edicto regali statuentes, ne aliquis suc- 10 cessorum nostrorum regum vel imperatorum aut alia quelibet persona magna vel parva hanc nostram traditionem infringat, sed prefatus abbas sui que successores in eodem cenobio deo famulantes predictos mansos sub terminis predictis denotatos sub iure proprietario omni deinceps possideant tempore. Ut autem hec traditio nostra firma et incon- vulsa permaneat, hanc cartam inde scribi et sigilli nostri impressione insigniri fecimus 15 manuque propria, ut infra videtur, corroborari, qui presentes aderant testes, subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt. Fridericus Magdeburgensis archiepiscopus. Udo Nuenburgensis episcopus. Eckelinus Merszburgensis episcopus. Embrico Wirtzeburgensis episcopus. Conradus Misznensis marchio. Adelbertus marchio de Staden. Fridericus Ratisponensis advocatus. Adelbertus Merszburgensis advocatus. Meinherus. Henricus. Thimo 20 de Aldenburg.

Anno dominice incarnationis M^oXLIII, indictione VI, regnante domino C[onrado] Romanorum rege secundo, anno vero regni eius III, data Merszeburg; in Christo feliciter amen.

177.

25

Kaiser Konrad II. schenkt der zum Kloster Paulinzelle gehörigen Kapelle des heil. Georg und Wenzeslaus daselbst zwei Hufen im Königsholze zu Fahrstädt. — Zeuge: Markgraf Konrad.

Bei Merseburg, 114[4].

Hdschr.: Transsumpt des Abtes Otto von Salfeld von 1322 Sept. 1. Geh. Archiv Sondershausen.

Gedr.: J. H. Henrici, Dissertatio juridica de refutatione feudorum imperii . . Vitebergae 1750, 50. Danach Stumpf, 30 Acta imperii 673. Stumpf 3485.

Anm.: Vergl. No. 176.

— — Testes, qui presentes aderant, subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt. Fridericus Magdeburgensis archiepiscopus. Bucco Wormaciensis^{a)} episcopus. Reynhardus Merseburgensis^{b)} episcopus. Conradus marchio. Albertus marchio et filii eorum 35 Otto et eciam Otto. Conradus de Walehusen, qui dicitur Bernhowbt. Theodericus villicus.

Signum domini Conradi Romanorum regis secundi. (M.)

Ego Arnoldus cancellarius vice Henrici Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

176. c) arvis.

177. a) Wormensis Henrici. b) Reginhardus Merszburgensis Henrici.

40